



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

2 [i. e. 7] Episcopus sacerdotem indignum, & inhabilem ordinans, à collatione ordinis sacerdotalis est suspensus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- Episcopis videbitur expedire, sunt ius conci. Trident. cap. 2. de reform. sess. 21. penisi; conc. Trident. cap. 8. de reform. 10. Sexto, Episcopus † qui intra sex menses non denunciavit subditis, quæ in concilio provinciali facta fuerint, ab officio per duos menses est suspensus, cap. ult. ubi glo. fin. 18. dist.
- 4 Secundò infanti, † seu illitterato clericalem tonsuram Episcopus conferre non potest, & contrafaciens in eo, in quo deliquit, punitur, quia à collatione clericalis tonsuræ duntaxat per annum est ipso jure suspensus, ut c fin. eod. tit. in 6. Infans vero dicitur, † qui primum septennium nondum explevit, ut tenet Greg. Sayr. in Thes. cas. conse. lib. 4. c. 12. num. 18. tom. 1. per glo. 12. in d. cap. fin. in ver. infanti.
- 5 Et † illitteratus ad effectum suscipiendo primaria tonsuram est, qui legere, & scribere nescit, concil. Trident. cap. 4. de reform. sess. 23.
- 6 Tertiò, † Episcopus sacerdotem indignum, & inhabilem ordinans, à collatio. 13. ne illius ordinis sacerdotalis est suspensus, cap. si qui Episcop., & ibi goff. in ver. illi, 1. quast. 1.
- 7 Quartò, solemniter pœnitentem, vel bigamum ordinans, est per anatum à celebratione suspensus, cap. nullus; ss. dist.
- 8 Quinto † ordinans clericos, religiosos, sive leculares, more religiosorum videntes in communi, non professos, sine legitimo titulo patrimonij, & vel beneficij, juxta dispositionem conc. Trid. cap. 2. sess. 22. de reform. per annum à collatione talium ordinum ipso jure est suspensus, ut in constit. Pij V. in Bull. cap. 74. §. nos igitur, & S. statuentes, ne taliter promoti ante professionem, sine titulo patrimonij, religionem exeentes, cogantur mendicare, contra mentem sacri

conci. Trident. cap. 2. de reform. sess. 21. Sexto, Episcopus † qui intra sex menses non denunciavit subditis, quæ in concilio provinciali facta fuerint, ab officio per duos menses est suspensus, cap. ult. ubi glo. fin. 18. dist.

Septimò, † conferens duos ordines sacros uno die, vel duobus diebus continuato jejunio, à collatione eorundem ordinum est suspensa, donec à Sede Apostolica gratiam meruerit obtinere, cap. litteras, & cap. -dilectus, de temp. ordin.

Octavò in aliena diœcesi ordinans † si ne expressa Ordinarii loci licentia, ab exercitio pontificalium per annum, & ordinatus ab executione ordinum sic susceptorum arbitrio sui Prælati est suspensus, concil. Trident. cap. 5. sess. 6. de reformat.

† Et si de licentia Ordinarii in aliena diœcesi ordinat, non potest personas eidem Ordinario non subiectas ordinare, alias eandem suspensionis pœnam incurrit, ut cap. 2. de refor. sess. 14 nisi clerici aliarum diœcесum suas litteras dimissorias habeant, quia tunc non excluduntur, quanto minus possint ab Episcopis in extraneis in aliena diœcesi de licentia Ordinarii Pontificalia exercentibus, ordinarii ut fuit à sacr. Congr. Concil. decisum, ut in decis. super eod. cap. 5. sub tit. Bisignanen. Quam licentiam non potest

† Prælatus inferior concedere, etiam si sit exemptus, sed Ordinarius loci, vide, licet, Episcopus, in cuius diœcesi locus est situs, ut ibidem super eod. cap. sub. tit. Lucan.

Nono † Episcopus in aliena diœcesi sine illius Episcopi licentia calices, vel

CXV

